

verum, quod sane dolendum, non pertingit ultra Caput VIII. abrum-piturque hoc modo:

*diu scrift diu ne liege.
iz wurden bundes fliegen
der sant algemeine
groz unde — — Supple chlainé.*

Dolendum sane, inquam; est enim Codex maximi pretii ob numero-fa Glossemata et fortasse primus, qui *Pentateuchi* Partes rhythmis *Theotiscis* redditas exhibeat, itaque non negligendus illi, qui ad condendam *Bibliothecam Theotiscam* animum jam tandem adjece-rit, quod Consilium propitius ve-teris Linguae patriae Genius ma-turet!

CXXXVIII. VL. 2. 12.

- 222 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 277. f. exhibet absque Versuum distinctione *Chronica rhythmica Veteris Testamenti* a *Genesi* usque ad *Librum Josue*, immixtis passim Historiae antiquae, plurimum fabulosae, locis, aliisque somniis apocryphis, ut sunt v. g. *Technae Satanae* in *Arca Noe*. Initio quaedam excidisse videntur; prima enim sunt:

*Schaffen zw einer hant getat
Das Dꝰ (Deus) mir gebst den
gewin
Der mein wandel waner (barer)
sin
Vnd mein sintleich gemüt
Dez heiligen geist gut*

*Mit seinen tan (thau) begiessen
Vnd deinen namen auf fliezzzen
&c.*

Paullo post de Autore *Chronicorum* horum a se germanice redditorum:

*Sy bat von (vor) mir ein wei-
ser man
Der hocher Chünst ein maister
was
Wo man von Chünst lazz
geschriben vnd geticht
Vnd in latein bericht
Der was von pitern erchant
Vnd waz got frid genant
Ein phaff volchomen
Vnd an weysbait auz genomen
&c.*

Godefridum itaque *Viterbiensem* se potissimum secutum adserit; postquam vero et alios antiquiores, quorum nomina passim cor-rumpit, enumerasset, a quibus se adjutum ait, subdit de se:

*Ich daran arbaitt mich.
Mein herr der lantgraff Hain-
reich
Von durigen der fürst wert
Der dez batt an mich begert
Das ich das puch bericht
Von latein in demsch dicht &c.*

Ex quibus jam liquet *Chronica* haec, quod rei summam spectat, eadem esse cum iis, quae *Cod. CXXXVI.* dedimus; multum ta-men a subsequis *Poetastris* et *Li-brariis*

brariis interpolata et deformata. Quo integra pertigerint, sequentes fol. 3. rhythmi indicant:

*Das chains namen vergaz
Wis an den stul gefaz
Der pabst sand Vrbanus
Der dritt den namen vand alsus
Vnd all Romische Herrschafft.
Vncz an dem weil das mit chrafft
Der Edl Chaiser fridreich
Vnd sein sun der kunickh Hayn-
reich &c.*

Definit vastum, nec ulli studio, si *etymologicum* fortassis excipias, opportunum Volumen in Prosopopoejam *Discordiae* pomum jamjam inter tres Deas iacturae ex Belli *Trojani* Historia, admodum prave scriptam, cui minio haec subiecta sunt: *Daz puech bat schreiben lassen der vest Ritter Herr Hanns der Hoffkircher, Als man zalt nach Kristi gepurt Viertzeben-*

hundert Jar vnd darnach in dem sechs vnd tzwaintzigisten iar. Hie Hoffkircher all tag. Quo ἐπιφωρηματι ultimo an vir ex illustri stirpe *Austriaca*, quae non unum deinceps heroem dedit, incertum sibi aevum inculcare, an se ad quotidianam lectionem hortari voluerit, ignoro.

CXXXIX.

VI. F. 37

Codex membraneus lat. Sec. 421 XII. Folior. 150. 4. eleganter scriptus, rubricis distinctus et olim *monasterij Sancti Floriani Patavien.* Dyoc. in Austria super. complectitur sequentia. I. Praemisso artificioso Schemate lineari *sciendi cuiuslibet mensis lunam cuiuscumque etatis in quo signo sit,* sequitur p. 2. *Carmen* ex iis, quae *Leonina* adpellantur, cui pro Titulo hic versus:

Hic liber est proprie ploratus carminis et uq.

Est vero Expositio τῆς Ἐξάνμεγς allegoriis multis insperfa hoc ini-

tio: *rositor* (deficiente litera initiali. Fortasse

*Profator) ingenitus. fons. finis. utrinque uetustus.
Vis. motus. requies rerum. sine limite limes.
Et locus absque loco. sine tempore tempora dando.
Omnia qui retinens regit. et complectitur implens.
Fixus in esse suo. cunctorum cardo. uel ordo.
Ut notum faceret tandem quid posset et esset.
Cordigeng uerbi cum consilio sapienti.
Quando. quid. ut uoluit digiti discrimine fecit &c.*